

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3233

**Auteur(s)** : Innocent II [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Gautier Ier, Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1142, 6 mars

**Lieu d'émission** : Latran

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Innocent II, à la requête de l'abbé Gautier, confirme en les énumérant les possessions de l'abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 72, p. 126-129.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 17, p. 74-79.

### Indications

Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 177. Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 8206, t. 1, p. 901.

Texte établi d'après a

Innocentius episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Galtero abbati monasterii sancti Wandregisili quod Fontanella dicitur eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, dilecte in Domino fili Galtere abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium cui, Deo auctore, preesse dignosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, statuente ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : in archiepiscopatu Rotomagensi : ipsum burgum sancti Wandregisili cum iusticiis suis, nundinis et mercatis et consuetudinibus, tam in forestis circumiacentibus, ad ecclesiam et officinas reparandas et ad focum uestrum, quam in ceteris suis appenditiis, Caldebec, sanctam Gertrudem, Resencon, et ecclesias harum quatuor villarum, cum decimis, dignitatibus ceterisque ad ipsas iure pertinere noscuntur. Insulam quæ dicitur Belcinnaca in fluuiio Secane, Betteuillam et ecclesiam cum decima, Abbatisvillam, Luetot et æcclesiam, Gotuillam et ecclesiam, Esteintot, Seheruillam cum appenditiis suis et ecclesiam, Caldecota, Butetot et æcclesiam cum decima et terram Laudomari et Hugonis episcopi et Ascelini Pelicani, medietatem Guteuille, Warewast, æcclesiam de [Hotot], et terram Dodelini.

In Bertriuilla terram Rainardi, hoc est nouem hospites et dimidium et duos cottarios ; ecclesiam de Bertrimont et terram Dodini. In Rothomago decimam vicecomitatus et ecclesiam sancti Laurentii [et decimam parrochie et] hospites cum consuetudinibus, quas ipsa ecclesia persoluit, et domum sub æcclesia. In villa quæ dicitur Sancti Stephani XIII. hospites et duos vauasores et septem acras pratorum et terram unius carruce in dominio, duas partes uillæ quæ dicitur Escetot Osberti et æcclesiam cum decimis. Burnetot cum decima. Decimam ecclesie de Iuetot. In ecclesia de Crauencon VII. solidos et decimam francorum hominum. In ecclesia sancti Georgii X. solidos et decimam francorum. In ecclesia del Maisnil III. solidos et decimam, Ecclesiam de Lindebeod cum dec. et terram unius carruce. Ecclesiam de Torp cum dec. Escetot de Banccis cum feria et ecclesia et dec. Decimam thelonei mercati de Banccis. Ecclesias de Archis cum hospitibus et capellis et dec. Decimam vicecomitatus ipsius castri. Decimam thelonei de Deopa et de Estruem et de Buteilles et ecclesiam ipsius ville cum decim. Ecclesiam de Martinni cum decim. et hospitibus ; ecclesiam sancti Albini cum dec. et XXVII. hospitibus. Gliscort cum ecclesia et decim. Decimam de Gisl[emercourt ultram viam et unum h]ospitem. In Longolio totam decimam. In Basler dec. hominum Gaufredi de Baillol. In Be[tna]jo decimam Rad[ulfi] filii Anser[edi] et hominum eius. In Warwenna dec. Urselli et Guillelmi. In Roeuilla XL. acras terræ. In Alouilla II. par[tes decime]. Ecclesiam de Wattuilla cum omnibus decimis domini et hominum, in agris, pratis, piscationibus. Decimam de Broctona de omni uenatione. Ecclesias de Brion. et decimam molendinorum. In Bacheuilla dimidiam partem decim. et tertiam oblationum altaris. Decimam de D[unest]anuilla. In Cocherelmont VII. hospites. Dimidium Carquit, in bosco et plano, ius uestrum in ecclesiam. Tres partes unius molendini super ripam Longeuille. Decimam Rogeri de Sidauilla. Brai monasterium cum appenditiis suis. Fontanas in Braio et ecclesiam cum decima. Tertiam partem de Esclaeles et ecclesiam cum decim et terra Rad. Dancelli. Brandelcurt et ecclesiam cum dec. In Monasterio Odeler. VII. hospites et quartam partem in bosco et plano et ecclesiam cum decima. Capellam sancti Desiderii, tertiam partem dec. de Hez. Decimam de Cristot. Ecclesias de Chitreio et de Forest cum decimis et terris quas ibi habuerunt canonici in prebendis, Calceium et ecclesiam [cum dec.]. In Carleuilla [partem et ipsius partis] dec. In Betencurt medietatem terre quam habuit in dominio Guilelmus, Ebroicensis episcopus, et aquam cum molendin[is] et pratis. Ecclesiam sancti Dionisii de Bosco Girardi cum dec. In Bernouilla terram et hospites. In Estrutard terram et hospites et j.nauem quietam ad omnem piscationem. [In Fis]canis dimidium redditus molendini regis. In Bardeuilla tres acras terræ et decimam unius carruce. Decimam de Torfreuilla. In episcopatu Ebroicensi : [ecclesiam sancti Petri] in Bosco Girardi. Cruisillam et ecclesiam. Ecclesiam [de Grantuiller cum terra unius carruce. Mansum] Gosleni [cum] capella. In Albauia [terram et vineam]. Apud [Vernon.] capellam sancti Michaelis et per singulos dies III. den. de helemosina Domini. [In episcopatu Lexouiensi : Tegeruillam et Pontemcard. cum] appenditiis suis et ecclesias cum dec., Brolium cum [dec. In episcopatu Sagiensi : in Cambagio ecclesiam cum dec. et XXX. acras terre. In Auesneles ecclesiam cum] dec. et XXX. acras terre. In Umehel ecclesiam et decimam [ru]stic. et XXX. acras. In Argentel. ecclesiam cum dec. et I. hos[p.]. Ecclesias de Uis[mes]cum dec. [et dec.]vicecomitatus et I. hospitem. In Argentomio ecclesias [cum dec. et decimam] vicecomitatus. Ecclesiam de Seffreuilla. Ecclesiam de [Sarcel cum tribus hospitibus. Ecclesiam] de Mauoiuilla. Ecclesiam de Corlando. In Falesia dec. vicecomitatus et prefecture castri. Ecclesias de Asnebec cum decim. et decim. molendin. et vicecomitatus et [aliorum] exituum ipsius castri et V. hospites et terram I. carr[uce]. Ecclesias de Radana et] de Fauerol. cum decim. et I. hospitem. In episcopatu [Constanc. : in Popaui]lla decimam de dominio regis et I. hospitem. Ecclesias de Andouilla et de sancto Germano et de Fucaruilla cum dec. suis. In Bennauiilla totam decimam. In [Wa]rrauilla II. partes dec. rusticorum et decimam [Roberti Lo]senge. Medietatem decime sancti Marculfi. In Cheneuilla et in Fontaneto decimam VI. hospitem. Decimam linguarum cetorum in illa regione. In episcopatu Baioc. : Liberiicum et ecclesiam. Ecclesiam de Ceus cum tota dec. et terra I. carruce et VI. hospites. In [Bas]leio quartam partem ville et tertiam decim. et ius uestrum in æcclesia. Ad Cadomum I. domum et dec. feriæ de prato. Decimam sancti Germani de Hoschetot. In episcopatu Parisiac. : Alpicum et æcclesiam cum omni decima. Visiniolum. Demenuallam. Vicinias. Dimid. decim. de Wlcon. In Marol[io] censum uestrum et dec. XXV. arpentorum vinearum. Decimam Marescotie in uino et annona. In episcopatu Beluac. : In Riuerscort, ecclesiam cum decim. et hospitem. et capella de Faiel. ; in Rouillers terram et siluam. In episcopatu Ambian. : medium de Darini et ecclesiam cum dec. In W[ai]cort ecclesiam cum decim. et hospitem. Medietatem de Boissu et terram unius carruce et medietatem decime. Tertiam partem decime de Durs. In episcopatu Carnot. : Rothenium cum ecclesia. Mansum sancte Mariæ. Ecclesiam de Folainuilla Ecclesiam de Rollecruta et dimidium decime. Calfurum et ecclesiam. Dimid. [Frac]tanuillam. Capellam sancte Mariæ cum terra in ceuria. Capellam que dicitur Fontana Bertoldi cum terra et hospitem. Ecclesiam de Viletta cum decim. In Anglia : in episcopatu Sallesber. : ecclesiam de Witcherce cum capell. et decim. et terra et hospitem. Ecclesiam de Bridiport. Ecclesiam de Briditona cum decim. et terra et hospitem. In Vpauena ecclesiam

cum capell. et decim. et tribus hydīs et hosp. Ecclesiam de Wīuelesfort cum decim. In Manegesfort decim. et I. hydām terrā. Ecclesiam de [Sor]estan cum capell. et decim. — In episcopatu Winton. : in Wandesorda unam hydām. In episcopatu Lincolniensi: ecclesiam de Touecestra cum capell. et duas hidas terre et hospit. et I. molend. In Buchent. terram et hosp. et boscum [et ecclesiam. In epis]copatu Eboracensi : Aiglesfeld et ecclesiam cum capell. [et decim. et] I. molend. — Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ipsum cenobium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, sed omnia [integra conseruentur eorum] pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua diocesani episcopi debita iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre consti[tutionis paginam] sciens contra eam temere uenire temp[tauerit, secundo tertioe commonita si non satisfactione congrua] emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore [et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat], atque in extremo examine districte [ultioni subiaceat] ; cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia [eterne pacis inueniant]. Amen. Amen. Amen :

Ego Innocentius catholicæ ecclesiæ episcopus S[ubscripsi].

Ego Albericus Hostiensis episcopus S[ubscripsi].

Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi S[ubscripsi].

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli sancti Stephani S[ubscripsi].

Ego Stephanus Prenestinnis episcopus S[ubscripsi].

Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani S[ubscripsi].

Ego Guido sanctæ romanæ ecclesiæ indignus sacerdos S[ubscripsi].

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli sancte Cecilie.

Ego Octauianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere S[ubscripsi].

Datum Lat[erani] per manum Gerardi sanctæ romanæ ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, II. nonas marcii., indictione V<sup>o</sup>, incarnationis dominice anno M.C.XLI., pontificatus uero domni Innocentii pape II. anno terciodecimo.